



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

9 Qua ratione feudum sub publicatione bonorum comprehendatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



que monasterium institutum sub conditione restitui posse aduersus substitutum ob omiffam conditionem, quia hic substitutus institutus est ab iplo primo institutante ob omiffam conditionem primi instituti: sed quia hic substitutus ius acquiritum non habet ab iplo instituto, sed a primo institutante; ea de causa restituitur ei conceditur: at in presenti sicut non habet esse perpetuus emphyteuta, nisi ex remissione, & voluntate Ecclesiæ, cui est concessa optio, vel reuocandi emphyteusim, vel relinquendi apud ipsam.

13 Secunda difficultas est de melioramentis factis in prædio emphyteutico ad quæ pertineant, an ad sicutum, an ad Ecclesiam reuocantem emphyteusim. Qua in re distinguendum est de melioramentis factis à delinquente ante delictum, vel post delictum. Ergo quidem si hæc melioramenta facta sint à delinquente post delictum commissum, ob quod bona publicantur ipso iure, existimat Sanchez lib. 2. cap. 19. num. 34. pro certo ad sicutum pertinere, quia omnia bona delinquentis à puncto delicti commissi sicut obligata: inter quæ labor, industria, & expensæ in his melioramentis appositæ debent computari: consentit Simancas de catholicis institut. tit. 9. num. 107. & segg. Valquez lib. 2. disp. 169. cap. 3. num. 23. Azor tom. 1. lib. 8. c. 12. quæst. 11. Verum si ante delictum melioramenta facta sint, probabilis existimat Sanchez, cum Bernard. Diaz in practica. cap. 132. num. 4. Ioan. Garcia de expensis, cap. 10. num. 51. Molin. Theolog. tom. 2. de iustit. disp. 481. conclus. 2. ad sicutum eorum pretium & æstimationem pertinere, esto proprietas pertineat ad dominum emphyteusim, quia melioramenta, quæ emphyteuta facit in prædio emphyteutico sibi, & successibus acquirat quoad utilitatem, licet quoad dominum directum ad dominum prædij pertineant, nisi aliud in emphyteusim institutione conuenitum sit aut nisi melioramenta sint modica, vt recte Molin. Theologus alijs relatis tom. 2. de iustit. disp. 463. conclus. 2. defendit. Sed sicut publicat omnia bona, quæ sunt delinquentis tempore commissi delicti. Ergo hæc melioramenta quoad utilitatem publicabit: ac proinde si potest Ecclesia velit emphyteusim à siculo reuocare simul cum melioramentis, horum melioramentorum æstimationem debet siculo soluere.

14 Hæc omnia probabilissima sunt. At credo oppositum in vtroque casu esse dicendum: si enim melioramenta sunt post delictum facta, cum confiscatio non extendatur ad bona futura, vt iam supra diximus, nequit extendi ad melioramenta post delictum quia extendetur ad bona futura. Adde confiscationem ipso iure impostam, cum sit poena certa, inspicere tempore commissi criminis, & statum, qui erat in delinquente tempore parati sceleris, vt bene comprobatur Matienzo lib. 5. compil. tit. 4. l. 3. glossa. 7. m. 6. Ergo commoditates & melioramenta, quæ tunc habeat emphyteuta propria (si aliqua habet) ea debent publicari, non ea quæ delictum subequantur. Si autem melioramenta ante delictum sunt facta, ad dominum directum pertineant, sicuti pertinent res emphyteusim, quia cum re emphyteutica consolidantur. Ergo sicut ex re emphyteutica non potest emphyteuta deducere pretium, & æstimationem, sed solum vsum fructum, ita etiam ex melioramentis factis. Item proprietatem melioramentorum docent omnes ad dominum prædij pertinere. Ergo valor, & æstimatione melioramentorum ad ipsam pertinet, secundum proprietatem. Ergo nequit valor, & æstimatione melioramentorum publicari. Adde. Omnis emphyteusim, nisi aliud caueatur expresse, videtur data sub hac conditione, vt melioramenta facta in re emphyteutica ad dominum pertineant, quia ea de causa res maxime fructifera pro minima pensione donatur, & licet in aliquibus emphyteusim institutionibus hoc expresse apponatur, non apponitur, quia necessarium sit, sed vt omnis dubitatio tollatur, & impediatur vltus opposita: sententia probabilis: & ita tenet Simancas, Azor, Valquez num. præced. relati.

15 Duo tamen sunt omnino certa. Primò, quoties emphyteuta perdit emphyteusim, quia non soluit pensionem, vel aliam conditionem in emphyteusim oppositam non exequitur, ad dominum emphyteusim pertinere melioramenta sic Valquez lib. 2. disp. 169. cap. 3. num. 25. Sarmiento l. 5. fol. 10. cap. 4. num. 4. Molin. Iesuita disp. 481. conclus. 2. sine. Sanchez lib. 2. c. 19. num. 36. Ex qua doctrina non leue argumentum sumitur ad probandum, quoties ob culpam emphyteuta, & emphyteusim deperditur, melioramenta ibi facta ad dominum pertinere.

16 Secundò est certum, si dominus emphyteusim crimen committat, ob quod bona illius publicentur, publicati tunc emphyteusim quoad dominum directum, quia bonum illius est, & emphyteutam obligatam esse siculo pensionem soluere. sic Sanc. m. 38. cum Cant. in suis q. crimin. l. de q. tangent. punit. delict. c. 1. n. 46.

PVNCTVM IX.

Qua ratione feudum sub publicatione bonorum comprehendatur.

- 1 Quia dicta sunt de emphyteusi, eandem serè conueniunt feudo.
- 2 Feudum ad hæres extraneos intransmissibile nequamquam ad sicutum transfit.

- 3 Si publicatio feudi fiat ob delictum commissum aduersus dominum, domino pertinet. & ad ipsum deuoluitur.
- 4 Idem est, si feudum hereditarium tibi concessum est, secus si concessum tibi, tuisq; agnatis, secundum plures Doctores.
- 5 Quid sentiantur sic.
- 6 Feudum ad extraneos hæres transitorum, ad sicutum transfit.

1 EA quæ de emphyteusi dicta sunt, ad feudum accommodari facile possunt, quia naturam emphyteusim imitatur, & omnino illi est simillimum, ac proinde eodem modo loquitur de feudo, ac de emphyteusi Cardinal. in Clement. nolentes de hæreticis, versic. inquisitoribus, col. penult. Bernard. Diaz practica. c. 131. n. 4. Alexand. in l. si finita, §. si de vestigalibus ff. de damno infecto, col. 11. c. 12. & alij. Sed ne laboremus in acquiuoco, distinguendum est duplex feudum, aliud in quo feudatarius attingitur soltere domino directo certam aliquam pensionem pecunie, vel frumenti: & hoc non est proprie feudum, sed emphyteusim, ac proinde de illo idem, ac de emphyteusi dicendum est. Aliud est feudum, pro quo feudatarius attingitur seruitium personale præstare: si autem simul cum hoc seruitio personali aliqua pensio pecunie soluenda est, feudum, & emphyteusim dicitur, sic ex Cyno, Alexand. & alijs probat bene Matienzo lib. 5. compilat. tit. 10. l. 6. glossa. 2. num. 13. & sequitur. c. 2. 23. c. 24. explicat proprietates, & naturam feudorum. Primò enim: Feudum (inquit) debet constitui super re immobili, vel equipollenti, cum obligatione recognoscendi dominum, & fidelitatem illi præstandi. Quapropter solent feudatarij iuramentum de seruanda hac fidelitate facere; iuxta cap. 2. de noua forma fidelit. c. 1. qualiter vassall. iura. deb. Secundò feudum ad hæresd maleuolus transfit in infinitum, iuxta cap. §. hoc autem notandum, & ibi Doctores, qui feudum dare possunt. Feminæ autem non succedunt, quia feminæ ad bella, & seruitia militaria habiles non sunt, neque ad secreta retinenda, & quia earum consilia fragilia sunt. Tertio sine domini, & agnatorum consensu alienari non potest, Quòd si aliquando feudum ex conuentione, & pacto absque prædictorum aliqua conditionum stabilatur, non feudum rectum, sed improprium dicitur.

2 Ex his inferitur questionis decisio. Affirmo namque, si feudum directum sit, neque ad hæresd extraneos transitorium, nequamquam in sicutum transire, ob rationem, sæpe firmatam, quòd sicutus est loco hæresd extranei, & cum non possit contracta alienare, neque delicto: & in proprijs terminis defendit Simancas de catholicis institut. tit. 9. num. 220. Azor. 1. part. lib. 8. cap. 12. quæst. 10. Pegna directior. 3. part. quæst. 112. comment. 16. versic. quod si clericus. Farinacius quæst. 15. n. 71. Clarus in §. feudum, quæst. 4. versic. ergo verò. Difficultas autem est, cui sit hoc feudum applicandum, an domino, an cognatis, cum vniuersa bona feudatarij publicentur?

3 Respondeo, si publicatio bonorum facta sit ob delictum commissum aduersus dominum feudi, ad dominum feudum deuoluitur quo cumque modo feudum concessum, sit: videtur enim sub hac conditione à principio concessum, vt in casu iuguritudinis contra dominum reuertatur. sic Roland. consil. 15. num. 1. c. segg. volum. 4. c. consil. 78. num. 8. eodem vol. 4. Boffius in tit. de honoribus publicat. num. 53. in princip. c. n. 4. in fine. Farinacius alijs relatis, quæst. 5. num. 78. Excepit, nisi ex tenore inuestituræ constare concedentem noluisse, vt vnus delictum alteri noceat; vt si in inuestitura dicitur: Concedo de vno in alium; vel concedo omnibus principaliter, siue in solidum; vel concedo attentis meritis singulorum; vel concedo generi tuo: tunc enim, quia omnes per se, & æquè principaliter considerantur, & tanquam successores instituentis, non tanquam successores primi inuestiti, idcirco vnus delictum alteri non nocet. sic Roland. consil. 15. num. 3. volum. 4. Clarus, §. feudum, quæst. 66. Farinacius plures referens num. 93. Si autem publicatio bonorum non ob delictum contra dominum, sed ob alia delicta facienda sit.

7 Tunc distinguendum censet, si tibi sit concessum eorum in feudum hereditarium, vt ex re tanquam ex radice ad hæresd deueniat, domino deuoluitur; secus, verò, si tibi, & tuis cognatis æquè concessum sit, quia tunc non domino, sed cognatis deuenit, eo quòd omnes cognati non ex iure accepto à primo institutante, & concedente feudum, succedunt: sic plurius relatis docet Farinacius quæst. 2. num. 87. 88. c. 93.

Secunda difficultas est, an saltem vniuersus, & commoditates huiusmodi pertineant ad sicutum, durante vita delinquentis? Affirmant plures, quos refert, & sequitur Gigas, de crimino. l. de maiestatis, lib. 2. tit. de poenis committent. crim. l. de maiest. quæst. 5. num. 3. c. segg. Menochius de recuper. possess. rem. 9. num. 260. c. segg. Albert. in tractat. statutorum, 3. part. 2. 16. Math. de Afflictis in tit. que sint regalia. §. c. bona committi, col. 1. n. 5. Mouentur, quia vassallus potest durante vita commoditates, & vniuersus feudi alienare, vt tradunt omnes in l. si domus, §. si ff. de legat. testatur de communi. Ruin. consil. 176. num. 13. l. 1. Roland. consil. 80. n. 13. l. 1. Clarus §. feudum, q. 31. versic. succedunt. Sed ea, quæ possunt contractu alienari, possunt & delicto. Ergo. In contrarium sunt plures alij Doctores



versis mihi quandoque, in fine. Ratio est, quia fructus feudi feudum committitur: si igitur feudum ad aliam pertinet, publicatus bonis delinquentis, & ad ipsum, & fructus debent pertinere.

Ego vero inter has extremas sententias cenfeo distinguendum esse, iuxta ea quae de emphyteusi dixi. Si enim feudum vitra tacitam alienandi prohibitionem a lege inductam habet aliam expressam ab institutore, qualis esse, si diceret institutor se velle, vt ea bona nullatenus exirent ex sua familia, vel in illa semper permanerent: tunc pro certo cenfeo non ad feudum, sed ad successorem feudi fructus deuenire. Si autem feudum tacitam alienandi prohibitionem, habet probabile est ad feudum pertinere durante vita delinquentis, quia tacita alienandi prohibitio non videtur impedire translationem feudi durante feudatarii vita, sed solum impedire translationem post vitam, aut in perpetuum. Dixi solum esse probabile; quia haec transitio specialem difficultatem habet in feudo, quam non habet in emphyteusi, eo quod feudatarius ex natura feudi iure debet fidelitatem domino prestare: & ad seruitium persoluit, potius quam reale obligatur, quae onera non videntur ad feudum transferri posse, ac proinde nec feudum.

Si autem feudum ad extraneos haeredes transire potest, eo quod datum sit tibi, & tuis haeredibus, vel tibi, & quibus tu duxeris, ad feudum transire, facta bonorum publicatione, ex regula saguis firmata. Quae transiunt ad haeredes extraneos, ad feudum transire: & in propriis terminis docet Gigas de criminosa laesa maiestatis, lib. 2. tit. de penis committens. hoc criminosa. §. 1. Roland. consil. 29 n. 17. vol. 3. Menoch. de recuperanda possessione rem. g. num. 251. Bossius in tit. de publicat. bonorum, n. 20. §. 3. Fatimacius 1 part. pract. g. 25 n. 7. vers. unde. Hoc tamen intelligendum est, quando vasallus potest de feudo libere disponere; secus vero esset, si de illo disponere non posset absque domini licentia; quia ratione huius prohibitionis neque delinquendo, sicut neque contrahendo feudum alienare, sed facta publicatione feudum ad dominum reueritur, & dominum vtile cum directo solidatur: sic Clarus §. feudum. g. 8. §. 4. considerandum autem. Bossius tit. de pub. bon. num. 5. 4. Fatimacius num. 72.

PUNCTUM X.

Qua ratione peculium profectitium, aduentitium, castrense, & legitima sub confiscatione facta filiofamilias ob eius crimen comprehendatur.

1. Qua haec sint, explicantur.
2. Quod dominium habeat filius in hac bona.
3. Proceat quatio de filiofamilias sub patria potestate.
4. Quibus modis exeat filius a patria potestate.
5. Legitima filii non confiscatur ob eius delictum.
6. Neque bona profectitia ipsius.
7. Peculium aduentitium plures censent publicari.
8. Probabilis est oppositum.
9. Sauius rationibus contrariis.
10. Apponitur limitatio casu quo pater habeat vsumfructum.
11. Non approbatur limitatio.
12. Secundo limitatur in peculio aduentitio, cuius pater habet administrationem.
13. Neque haec limitatio mihi probatur.
14. Tertio limitatur, ne procedat in hoc Castella regno, in quo filius disponere potest de tota parte aduentitiorum.
15. Non admittitur limitatio.
16. Quarto limitatur in crimine laesa maiestatis humane, & diuinae. Et approbatur limitatio, tamen si aliqui contrarium sentiant.
17. Aliqui extendunt publicationem ad vsumfructum patri aduentitium.
18. Sed non proba hanc extensionem.
19. Rem castrensa, aut quasi, ob delictum filij, publicari censent plures.
20. Probabilis est non publicari, sed patri deferri.
21. Sauius argum. num. 19. adductis.
22. Ampliatur doctrina, tamen si filius condemnatus filios habeat, ad huc non publicatur castrense.
23. Quod dicendum in crimine laesa maiestatis? Negat Sauius, sed contrarium est verius.

Primitendum est, quae haec sint, & quod iuris pater, & filius in eis habeant. Peculium profectitium est, quod filiofamilias prouenit a patre vivo, vel causa patris principiter donatur, colligitur ex §. igitur, versic. sancitum est dicitur, per quas personas nobis acquirat. l. cum oportet. in prin. §. 1. glosa, verbo ex illius substantia. C. de bonis qua liberis. Aduentitium est, quod filio donatur, non quidem a patre, sed ab aliis; neque in gratiam patris, sed in gratiam ipsius filij donatur. Item quod filius labore suo, & industria, extra matrem acquirit, est aduentitium. Item haereditas matris patre su-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

perfitte, inter bona aduentitia connumerari debet respectu patris, secus de haereditate patris matre superfitte; quia hoc ius solum patriae potestati deferretur: colligitur ex supradicta. l. cum oportet. & ex supradicta §. igitur. Castrense peculium est, quod filio acquiritur occasione militiae, vel obsequij Principis in palatio. l. castrensi palat. peculio. lib. 12. Item quidquid his acquisitis lucratur, castrense debet dici l. 1. C. de castrensi peculio. lib. 12. Ad idem est quod ex beneficio Ecclesiastico acquiritur, quod vocatur quasi castrense, & quod acquiritur post clericatum, etiam si alius esset aduentitium, authent. presbyteros, C. de Episcop. & clericis: quia clerici sunt milites spirituales. Item quod acquiritur officio publico alicuius artis liberalis, iudicis, Advocati, Cathedralici, tabellionis, procuratoris, &c. l. advocati, C. de advocat. diuer. iudic. Item libri donati occasione studendi has facultates, a quocumque donati sint, adde quae solum liberalitate Principis fuerint donata, & generaliter quoties aliquid filio donatum est, ea conditione, ne pater habeat vsumfructum, quia castrense dicitur, quia castrensiu bonorum privilegia habet. Et idem est, si donatum sit patre contradicente, quia non videtur aequum, vt ex illo pater commodum reportet. l. ultim. §. fin. verò pater, C. de bonis qua liberis. Item si ipsemet pater remittat vsumfructum, quia tunc filio accrescet, & quasi castrense censeri debet. l. cum oportet. §. non autem, C. de bona liberis. Eadem mensura itudicandum est de vsumfructu alicuius rei filio relicto, quia tunc ad patrem non pertinebit, eo quod vsumfructus non detur alius vsumfructus, sicut nec seruitus seruientis. l. 1. ff. de vsumfructu legato. Denique si pater in haereditate incidat, filius efficitur sui iuris, cap. 2. §. fin. de haereditate, in 6. & acquirit vsumfructum in bonis aduentitiis, quia vsumfructus tunc conuoluitur cum dominio directo, vt dicemus. Legitima autem est pars haereditatis debita filio mortuo parente: in his omnes Doctores conueniunt. Vide Syluest. verbo peculium. Nauarr. cap. 17. num. 142. Molina. legitimum disp. 9. §. 230. & sequentibus, vbi haec optime explicat. Lessium lib. 2. cap. 4. dub. 3.

2. Filius ergo nullum dominium directum, neque vtile habet in peculio profectitio, sed totum penes patrem residet, quare neque illud alienare potest neque in propriis vltis conueterere, nisi iuxta patris praescriptum. In peculio autem aduenticio habet filius proprietatem, sed non vsumfructum, neque administrationem; administratio enim, & vsumfructus patri deferuntur. Quapropter patre non consentiente, nequit filius haec alienare, aut de his disponere; bene tamen potest donare causa mortis patre consentiente, ex l. tam in 2. §. ff. de mortis causa donatione. Tertium tamen non potest, nisi ad pias causas, capitulo pater, de sepulchris, in 6. In peculio autem castrensi, aut quasi castrensi habet filius proprietatem, vsumfructum, & administrationem, sicut patrisfamilias ac proinde alienare ea potest donatione, & contractu, imò & testamento, si pubes sit, quia ante pubertatem testari nullus potest, ex l. qua aetate 15. qui testamenta facere possunt. Vide Lessium, Molina. Nauarr. & Syluest. supra.

3. Secundo praemitto hanc questionem solum de filiofamilias, hoc est, de filio sub potestate patris confititio procedere. Nam emancipatus, & extra patriam potestatem existens sui iuris est, & omnia eius bona publicantur, ac si patrem superstitem non haberet.

4. A patria autem potestate exit filius primò, si pater naturaliter moriatur, neque superstit alius ascendens per lineam masculinam, in cuius potestatem filius recidat. Insuper, quibus modis ius patriae potest. soluit. §. h. verò qui in potestate. Iure tamen Castellae, & Lusitaniae in solius patris potestate filius existit, ac proinde decedente patre filius manet sui iuris. Secundo filius egreditur patriam potestatem, si pater, vel ipse morte ciuili condemnatur, hoc est, in insulam deportetur cum amissione omnium suorum bonorum. Insuper, quibus modis ius patriae potest. soluit. §. cum autem sequent. & habetur l. 2. §. 3. tit. 18. p. 4. Tertio egreditur patriam potestatem, si pater haereditatem committat, e. 2. §. ult. de haereditate, lib. 6. Et idem ea, si filius ipse hoc crimen committat, argument. text. in §. cum autem is, versic. pari ratione. Insuper, quibus modis ius patriae potest. soluit. Quarto, si sciens pater contrahat incestus nuptias, quia tunc filij prioris matrimonij patriam egrediuntur potestatem, authent. incestus, C. de incestus nuptijs, §. 1. & l. 6. tit. 18. p. 4. Debent tamen haec incestus nuptiae copula carnali consummari, vt pena haec locum habeat. Couarr. in epitom. decret. 1. part. c. 6. §. 8. n. 20. Quintò, si filius in Episcopum eligatur, eo ipso patriam egreditur potestatem, authent. sed Episcopalis dignitas, C. de Episc. & cleric. c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Neque requiritur, vt consecratus sit, sufficit, si sit a Pontifice electus: vt ex supradictis iuribus constat. Idem est si in Cardinalem eligatur, vt tradit Couarr. cap. quia nos. n. 5. de restam. Sextò, si pater, vel filius religionem profiteatur, a patria potestate filius egreditur; iuxta glossam communiter receptam in l. si ex causa, §. Papinian. ff. de minoribus & tradit Couarr. alios referens, e. 2. de restam. n. 8. 2. edit. Septimò, si in patriam, hoc est, in Regis consiliarium eligatur, filius egreditur per electionem a patria potestate, authent. consuetudo qua de dignitate, in princip. authent. sed Episcopalis dignitas, C. de Episc. & cler. per alias autem dignitates, praetoris scilicet

E e scilicet

DE  
ASTRO  
ALATO  
TOM,  
II II